AD

DD. JURIS GENTIUM ET PUBLICI RNO-GERMANICI AUDITORES EMERITOS:

OCTAVA pleræque Sollemnitatis Fini ſacra eſt: ipſe *Sapiens* celebrato Templi neo-ædificati Jubilo, *die octavâ* fecit *Collectam*: *octava* quoque *Exercitatio* iſthæc ipſi noſtræ biennalis *publicæ Sollemnitatis Academicæ* Termino ſacra eſto. — Accipite ergò DD. AA. emeriti! *octavam* hancce *Diſſertatiunculam*, quæ *Jubilum* vobis adnuntiat, cùm *Nuntia* ſit finiti biennalis noſtri *Curſûs Academici*, ipſamque faciat Laborum noſtrorum *Collectam* — *Inſtitutiones Juris Gentium univerſalis*, & *privati Rno-germanici*, *recentiori Methodo Academicâ ſiſtematicè combinati*, in arcto hoc octo Exercitationum *Compendio*, jàm ferè numeris omnibus abſoluto, ſe ſiſtunt manibus veſtris: jungite *ſeptem priores* huic *octavæ*, queis ſuam componere nititur *Harmoniam*, id quod *Octavæ* proprium eſſe, *Muſices* periti teſtantur. — Perſtringite ſuppeditata vobis ſingularùm Materiarum plerùmque delicatarum atque graviſſimarum *Principia*, & magis convincemini, de ipsâ illorum cum *Veritate*, & *Æquitate*, & *publicâ Vtilitate* inter ſe invicem *Conſonantiâ* — neque crediderim, illuſtriori hoc pulcherrimæ Eruditionis Ævo in *Patria* ſeriùs hærere *Heterodoxos*, quorum auribus ea adhùc quaſi diſſona ſint offendiculo, quæ in reliquis omnibus *inclitæ Nationis germanicæ Regionibus* jàm diù melodiſſimos æquabiliter *Concentus* efficiunt. — Aſt nemini contradicite, DD. AA. quià vultis contradicere, niſi quod *Sententiæ veſtræ ſiſtema* magis probabile, connexum, ordinatumque adferatis, Rerumve propoſitarum non niſi vtilium indolem, Principia, Effectus, Vſum, Hiſtoriam, & Fata, ſcitè, opportunè, modeſtèque ſtudeatis exponere — Creſcant non *gratiâ* minùs quàm *Dignitate* atque *Fortunâ*, Inſignes quos in *omni Jure* feciſtis *Profectus veſtri*, quorum tot publica ſenſim ſcitèque edidiſtis Specimina, *Metropoli noſtræ Electorali* glorioſa, *Patriæ Colonienſi* immortalia. — Valete DD. AA. emeriti! *Palæſtræ Electoralis Academicæ Bonnenſis* primi *Athletæ*, toties ex *Arena* cum *Applauſu* reduces! — Valete Chariſſimi! & favete *Profeſſori*, qui nunc commendat *Vos Deo* & *Providentiæ* ipſius, qui potens eſt dirigere Greſſus veſtros per *Viam Viri in Adoleſcentia.* — Argentum & Aurum nullius concupivi, ſicùt ipſi ſcitis: quoniàm ad ea quæ mihi opus erant, miniſtraverunt Manus iſtæ. Omnia oſtendi vobis, quoniàm ſic laborantes oportet meminiſſe verbi: beatius eſt magis dare, quàm accipere — aſt tempus inſtat noſtræ ab invicem *Separationis Academicæ*, quæ in lachrymas, atque tenerrimos *Profeſſorem* cogit *Diſcipulorum* amplexus — Valete ergò, atque iterùm valete *DD. Publiciſtæ Emeriti!* — pergite ad *Spartas*, vobis aliquandò optimè meritis credendas! — pergite! & in *Viros* accreſcite *vtrique Reipublicæ* Induſtriâ, Ope, & Conſilio vtiliſſimos!

AD

PUBLICI RNO-GERMANICI

S EMERITOS:

i ſacra eſt: ipſe *Sapiens* celebrato Templi
fecit *Collectam*: *octava* quoque *Exerci-*
blicæ Sollemnitatis Academicæ Termino
. emeriti! *octavam* hancce *Diſſertatiun-*
t, cùm *Nuntia* ſit finiti biennalis noſtri
Laborum noſtrorum *Collectam* — *Inſti-*
& privati Rno-germanici, *recentiori*
inati, in arcto hoc octo Exercitationum
bus abſoluto; ſe ſiſtunt manibus veſtris:
queîs ſuam componere nititur *Harmo-*
eſſe, *Muſices* periti teſtantur. — Per-
m Materiarum plerùmque delicatarum
agis cònvincemini, de ipsâ illorum cum
Vtilitate inter ſe invicem *Conſonantiâ*—
lcherrimæ Eruditionis Ævo in *Patria*
uribus ea adhùc quaſi diſſona ſint offen-
nclitæ Nationis germanicæ Regionibus
Concentus efficiunt. — Aſt nemini con-
licere, niſi quod *Sententiæ veſtræ ſiſtema*
nacumque adferatis; Rerumve propoſi-
incipia, Effectus, Vſum, Hiſtoriam, &
udeatis exponere — Creſcant non *gratiâ*
nâ, Inſignes quos in *omni Jure* feciſtis
ſenſim ſciteque edidiſtis Specimina, *Me-*
Patriæ Colonienſi immortalia. — Valere
Academicæ Bonnenſis primi *Athletæ*, toties
Valete Chariſſimi! & favete *Profeſſori*, qui
ntiæ ipſius, qui potens eſt dirigere Greſ-
centia. — Argentum & Aurum nullius
ad ea quæ mihi opus erant, miniſtrave-
is, quoniàm ſic laborantes oportet memi-
uàm accipere — aſt tempus inſtat noſtræ
, quæ in lachrymas, atque tenerrimos
exus — Valere ergò, atque iterùm valete
Spartas, vobis aliquandò optimè meritis
iros accreſcite *vtrique Reipublicæ*
Conſilio vtiliſſimos!